

6414 tabella ahenea oblonga non ita magna, sed satis crassa, foraminibus destituta neque ita facta ut appenderetur; rep. ad S. Genesii prope Papiam in aquae ductu et a. 1855 illata in museum universitatis Papiensis.

OBSCVRA FATI QVAERELLA DEVVM PRAESIDIO Le
NIETVR ESTO CVRA CAVT·TV·PLAC·IOVEM·MINER
VAM VALETVDINEM QVO · F · MYRTE · B · MYXAS-
LAVR · F · NOLEO · F · V · VSQVE QVO FIAT · MELIVS
5 AQVAM · F · M · V · D · XI · STORACIS·B · F · L · PORTA

6415 tabella ahenea praecedenti simillima, de cuius tamen origine non constat; illata est ante a. 1851 in museum universitatis Papiensis.

OBSCVRA INIVRIA VSV MEA MEDICINA LE
NIETVR·CVR·ET·PIA·ESCVLAPIV·BONAM VA
LETVDINEM · MARTEM · O·F·SALIVNCVLAM ^{sic}
VETTONICAM ANETVM·IN·AQVA·F M F·V·D
5 X IS·O·LAVR·B·MYRTAM·SICC·VIOLE·BAD
IN OLEO·E·VTER·SOLIS GRA·P·LIGATV PORTA

Descripti et edidi in Hermae vol. 3 p. 302 (cf. ibidem vol. 4 p. 284). Easdem misit Io. Maria Bussedi perite delineatas.

Quae intelleguntur haec fere sunt. Incipit commendatio medicamenti: *obscura fati quaerella deum praesidio l[e]nietur*, item *obscura iniuria usu mea medicina* (pro *usu meae medicinae*) *lenietur*. Sequitur invocatio cum praefatione: *esto cura caut(a?)* in alia, in alia *cur(ato)*. Deinde: *tu* (vel *tum*) *plac(a) Iovem Mine[r]vam Valetudinem*, item *et pia Esculapiu(m) Bonam Valetudinem Martem*. Inter numina haec mere Romana (nam Romanis Aesculapium quoque merito accensebimus) notabilis est Valetudo vel Bona Valetudo pro Hygiea sollemni in inscriptionibus Aesculapii socia, item Mars plane Catonianus. In fine adscriptum est, quomodo utendum sit medicina, scilicet in altera tabella *u(tere) usque quo fiat melius*, caute sane, et post alia *l(igatum) porta*, in altera *uter(e) solis gra p*, quae non expedio, et *ligatu(m) porta*. Haereo in remediis, quae proponuntur in altera praescriptis verbis *quo f(acto)*, in altera notis eiusdem significationis opinor sed corruptis *O·F*; quamquam facile appetat proferri ea modo secundo casu, modo quarto et pleraque ipsa facile intelleguntur, scilicet *saliuncula*, *Vettonica*, *anetum*, *laurus*, *myrta sicca* (sic enim loqui huic homini placuit), *viola bad(ia)*, *myxae*, *storax*. Nota *b* quae sequitur post laurum myrtum storacem num significet *bonus* vel quo alio modo accipienda sit, non liquet; minus etiam video, quomodo explenda sit littera singularis *f* passim repetita praesertim in ordinibus vocabulorum his plane obscuris *in aqua f. m. f. V d. XI s*, item *aquam f. m. V. d. XI*, quibus adde *IN OLEO* e alterius tabellae comparandum omnino cum alterius symplegmate hoc *F·NOLEO·F* fortasse corrupto culpa eius qui haec in aere incidit. Mensurae ponderisve certas notas, quas sane expectes, non apparent, nisi quod v. 3 extr. tabellae prioris nota si recte se habet, significat unciam.

6.	7.	8.	9.	10.
LIVIAI	c·CAESARI	i·CAESARI	DRVSO·IVLIO	TI·CLAVDIO
DRVSI · F	AVGVSTI · F	AVGVSTI · F	GERMANICI · F	DRVSI · GERMANICI · F
VXORI · CAESARIS · AVG	DIVI · NEPOT	DIVI · NEPOT	AVG · PRONEPOT	NERONI · GERMANICO
PONTIFIC · COS	PONTIFIC · COS	AVGVRI · COS · DESIGN	GERMANICO	
IMPERATORI	IMPERATORI	PRINCIPI · IVVENTVTIS		

vol. 4 a. 1850 p. 315 (inde Henzen ad Orellium p. 60). — Traditur sic tripertita.

n. 77 item ibi:

IMP · CAESARI · LIVIA · I ·
DIVI · F · AVGVSTO · DRVSI · F ·
PONTIFIC · MAXIMO · VXORI · CAESARIS · AVG ·
COS · III · IMP · III · TRIBVNICIAE · POT · VIII · PATRI · PATRIAE · AVG · XVVIR · S · F · VII · VIR · EPVLON ·
COS · XIII · IMP · XVII · TRIBVNIC · POTEST · XXX

n. 78 item ibi.

CAESARI · I · CAESARI · DRVSO · IVLIO · TI · CLAVDIO ·
AVGVSTI · F · AVGVSTI · F · GERMANICI · F · DRVSI · GERMANICI · F ·
DIVI · NEPOT · DIVI · NEPOT · AVG · PRONEPOT · NERONI · GERMANICO ·
PONTIFIC · COS · AVGVRI · COS · DESIGN · GERMANICO ·
IMPERATORI · PRINCIPI · IVVENTVTIS

tituli cum vivorum eo tempore octo tum defunctorum ante duorum C. et L. Caesaram. De singulis dixi loco citato; hoc unum addo quod ibi omisi principis iuventutis appellationem in solo L. Caesare adesse, non in fratre, quoniam equestris fuit nec homini recte dari potuit senatorium locum adepto.

6418 Paviae supra ianuam templi S. Mariae de Canibus ALC. similiterque ACC. In porta aedis S. Secundiani LANDUS. Apud Balthassarem Beccariam MEDIOBARBUS. In parochia S. Primi in pariete virdiarii domus marchionis Beccaria ZACC. In aedibus Malaspina CAPS. Ibidem adhuc.

<i>puer</i>	+ DN ATALARICVS REX +	<i>puer</i>
<i>alatus</i>	GLORIOSISSIMVS HAS	<i>alatus</i>
<i>tabellam</i>	SEDIS SPECTACVLI ANNO	<i>tabellam</i>
<i>sustinens</i>	REGNI SVI TERTIO FIERI	<i>sustinens</i>
5	FELICITER PRECEPET +	p. C. 528 Sept. — 529 Aug.

Contuli. Alciatus ms. Feae et Brancacc. (inde Choler f. 45; Apianus 57, 2; Smet. 146, 125 ex Apiano; Grut. 168, 9 ex eodem); Accursius ms.; Const. Landus in vet. num. Rom. miscell. expl. (Lugduni 1560) p. 136, qui vidit; Mediobarbus ad Occonis imp. Rom. num. (Mediolani 1683) p. 568 (inde Mur. 468, 1); Zaccaria apud Marinum Vat. 9127 f. 367'; Capsoni 3, 125 tab. 1 n. 3; Orelli 1161; Malaspina p. 23; Voghera tab. 10 n. 4.